

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

5

[1267] ottobre 8, Ind. X, Nocera

Karulus, Dei gratia etc.

Nicolao Freczie, secreto Apulie, etc. Dudum ad instantiam religiosarum mulierum monialium monasterii Sanctarum Lucie et Agathes in Matera Sporrone de Riez, iustitiario Basilicate, fideli nostro, scripsisse recolimus, ut super quodam tenimento terrarum, quod dicitur Castellum novum, situm in pertinentiis Spinacciole, possessionem olim ipse moniales asserebant ipsum monasterium per officiales quondam Friderici, olim Romanorum imperatoris, fuisse indebite spoliata, inquireret diligenter et quod exinde inveniret curie nostre fideliter intimare curaret. Cumque idem iustitiarius super hoc inquiri faceret diligenter et que de hiis inventa sint sub sigillo suo nostre curie intimaret ac compertum sit ipsum monasterium in tenimento huiusmodi ius habere, fidelitati tue presenciarium tenore mandamus quatenus moniales ipsas ipsius monasterii nomine in predicti tenimenti possessionem inducas, iure nostro et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo. Datum Nucerie octavo octubris decima indictione, regni nostri anno secundo.

1

2

3

4

5

Sperrono *FF*
 possessione cuius *FF*
 spoliatum *FF*
 inquirere *FF*
 presentium *FF*

4

6

7

8

cuiuslibet *FF*

Data *FF*

decime indictionis *FF*